



Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

Gomez, Cristobal

Antverpiæ, 1681

Hispanicum n. 1

urn:nbn:de:hbz:466:1-38486

CLASSIS III.

A R E G N I S

E T

R E B V S P V B L I C I S.

Societas
spiritualis
militia per
orbem Cru-
cis vexillū
deportans.
Scriptis
heresi resi-
stit.

Et Pontifi-
cis aucto-
ritatem effu-
so sanguine
defensat.

Eius in-
gentes fru-
ctus.
In Chri-
stiana Re-
ligione pro-
paganda,
& iuuen-
tute infor-
mantia.

Honorifice
in Venetam
ditionem
recapta.

1. A REGNO HISPANICO In Comitijs Generalibus, literis super Beatificatione S. Ignatij. P. N. missis ad Clementem VIII. quibus affirmabat, Societatem IESV, Militiam esse spiritualē à B. Ignatio erectam, quæ tam breui temporis inter- uallo, tanto cum spiritu, & robore vexillum Crucis ad ultimos terrarum angulos deportauit: quæ face Euangelij tot infidelium corda illuminauit, quæ scriptis heresi resistit, & sanguine effuso defensat sanctæ Apostolicæ Cathedræ aucto- ritatem, &c. Hæc apud Paul. Leonard. in Apolog. pro scientia Media Par. 2. n. 83. fin. ex ijs, quæ habentur in Relatione Hispanico idiomate conscripta à P. Petro de Ribadeneira de Beatif. Eiusdem S. Fundatoris Ignatij, & excusa Matriti apud Ludouicum Sanchez anno 1609.

2. A REGNO GALLICO In Comitijs etiam Generalibus tam Cleri, quam Nobilitatis Parisijs anno 1615. pro Societate postulantum illæ voces: Ingentes fructus, & singularia officia, quæ Patres Societatis IESV tum in Religione Christiana propaganda, tum iuuentute bonis moribus, & scientijs informanda, &c. olim præstiterunt, & nunc etiam præstant in Ecclesia Catholica, & nominatim in hoc Regno, nos omnes adducunt, &c.

Ita apud Imag. 1. sec. Soc. lib. 5. cap. 10. fol 669.

3. * A REPVB. VENETA. Exoptauit iam pridem Societas Vniuersa, vt unde egressi fueramus, liceret nobis reuerti in ditionem Venetam, tum ad elidendum, quod inde patiebatur ab Hereticis maxi- mè, & obtrectatoribus opprobrium, tum ad colendam laboribus nostris Vineam illam primorum nostrorum Parentum Sudoribus in exordio Societatis irrigatam. Quod igitur iam à quinquaginta annis in-

votis